

"Rock of Ages Cleft for Me."

Rupes Saeculorum, Te.
Pro me fissa, condam me !
Aqua Fons et sanguinis,
Duplex tui lateris,
Scelerum purgatio
Sit, et expiatio.

Nunquam possim exsequi,
Tua lex quae mandet mi ;
Quamvis strenuus semper sim,
Atque semper fleverim ;
Hoc nil expiaverit ;
In Te solo salus sit.

Nil in manu tulero ;
Tuae cruci hæreo ;
Vestes mihi nudo des,
Inopemque subleves ;
Fonti scedula advolo ;
Nisi laves pereo.

Dum vitalem haurio vim,
Cumque moribundus sim,
Quum per stellas evolem,—
Ante tuum thronum stem,
Rupes Saeculorum, Te,
Pro me fissa, condam me.